



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 44. Cosmus de Torres Cardinalis mortus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

§. XLIII.

Sæc. XVII.  
A.C. 1642.

*Aloysii Cajetani Cardinalis mors.*

Præter nominatissimum Cardinalem Richelium insuper hoc anno decepit Aloysius Caietanus patria Romanus, qui Ravennæ humanioribus, Philosphicisque disciplinis egregie imbutus, Romæ jurisprudentiæ vacabat: cum autem ingenii perspicacia, mentis sinceritate, atque in ferendis sententiis mira integritate polleret, his, aliisque virtutibus clarus se apud omnes conspicuum, maximaque æstimatione dignum reddebat: Demum vero a Gregorio XV. Patriarcha Antiochenus, & ab Urbano VIII. Archipræfulus Capuanus, tandem Presbyter Cardinalis renuntiabatur: Obiit tandem Romæ anno ætatis suæ quadragesimo septimo die octava Aprilis sepultus in titulo suo Sanctæ Pudentianæ.

§. XLIV.

*Cosmus de Torres Cardinalis mortuus.*

Hunc paulopost sequebatur Cosmus de Torres itidem Romanus, qui variis scientiis, & præcipue jurisprudentia clarus Romæ diversa obiit munia,

S. s. 2

Sæc. XVII. nia, ac tandem a Gregorio XV. lega.  
A. C. 1642. tus decernebatur ad Poloniæ Regem,  
ad cuius preces ab eodem Papa Cardinalium Collegio adscriptus, denum  
ab Urbano VIII. Perusinum Episcopatum obtinuit, postea ad Archiepiscopalem Ecclesiam Montis Regalis in  
Sicilia translatus est, ubi lenta hydropsi  
obrutus Romamque ad patrium solum  
reversus, evolutis duntaxataliquot Mense-  
fibus die prima Maij quinquaginta sex  
annos natus decessit.

## §. XLV.

*Petri Mariæ Burghesii Cardinalis  
decessus.*

*Vidor. in  
addit. ad  
Ciacon.  
Marac. in  
Purp. Ma-  
rian.*

Pari ferme fato Romæ die decima  
quinta Junii vivis sublatus est Pe-  
trus Maria Burghesius Nobilis Senen-  
sis, Paulo V. Pontifici sanguine jun-  
ctus. Hic Majorum excitatus exemplis  
adolescens Jurisprudentiæ in Patriæ  
Gymnasio lauream consecutus, ab Ur-  
bano VIII. Purpura Romana decora-  
tus est. Inclaruit moderatione, virtus  
que frugalitate usque ad obitum Sci-  
pionis Cardinalis Burghesii, cuius pin-  
quia Ecclesiæ Beneficia adeptus lau-  
tam instituit vitam, quam brevi mors  
sequebatur; cum enim a Marco Anto-  
nio Burghesio nobile Viridarium ad  
usum